



CONTROVERSIA XXIV.

De pluralitate delictorum, & an ea de causa arbitralis poena extendi possit usque ad capitale.

SUMMARIUM.

1. Facti narratio.
2. Dubitandi ratio in hac specie.
3. Arbitrium extendi potest usque ad mortem poenam.
4. Arbitrium extendi non posse usque ad poenam capitale qui tenuerint.
5. Distinctio has opiniones ad concordiam reducens.
6. Princeps poenam leviorē usque ad mortem extendere potest.
7. Supremi iudices, nomine principis iudicantes arbitrium usque ad mortem extendere valent.
8. Inferiores magistratus arbitrium extendere nequeunt usque ad mortem, in consilio Principe.
9. Delictum ob quod arbitrium extendi potest usque ad mortem debet esse atrox.
10. Resistentia crimen quavis poenam ordinariam impostam habeat per leges nostras, arbitrium extendendi, sive ampliandi poenam concessum habet.
11. Qualitates aggravantes crimina huius rei perpenduntur.
12. Extensio poena per nostram legem concessa de capitali tantum loqui potest.
13. Pluralitas criminum arbitrium extendendi poenas tribuit.
14. L. capitalium, §. solent, ff. de poen. expenditur.
15. Seditiosis crimen in duplici differentia est, nempe quando in statum publicum aliquid in litur, & quando turbulenter civitas perturbatur.
16. Reus iste licet in statum publicum nullatenus conspirasset, tamen turbulenter civitatem perturbabat, excludendo manu armata ministros ad universa statione in qua degebat.
17. Crassatio repetita capitaliter plectitur.
18. Desertio militiae reiterata in tyronebus graviter punitur.
19. Violentia crimen repetitum acriter animadvertitur.
20. Receptans bis, aut ter servos fugitivos

21. acerbitiori poena castigatur.
21. Super exactores in scelere perseverantes mortis poena corrigantur.
22. Sic in aliis criminibus, tam de iure canonico, quam civili.
23. De iure Hispano pariter hac omnia procedunt.
24. Doctores hanc sententiam tuentes communiter, & n. 25.
26. Extensio poena non solum quoad furtum repetitum, sed etiam quoad cetera crimina procedit, licet frequentius in furto admissa sit.
27. Clericus vel Religiosus enormibus complicatus, si perseveret per annum, in corrigibilis sit.
28. Ad incorrigibilitatem qua requirantur.
29. Relapsi ratione incorrigibilitatis relaxantur iudicibus secularibus.
30. Extensio poena ex pluralitate criminum usque ad mortem, ap. praxi recepta sit.
31. Exitus huius causa extraordinarius.

LDEFONSUS Montufar, de terdecim criminibus accusabatur in Aula, quorum aliqua purgata iam per sententiam, aut Principis gratiam reperiebantur; alia vero adhuc, sub lite erant, sed cuncta fuerunt accumulata, ut prava qualitas rei, & incorrigibilitas comprobarentur. Quae purgata per sententiam, & principis gratiam, haec erant. Aggressor cum armis in custodes jurium regionum, causa eripienda ab eis quantitatem vini, quam apprehenderunt ingredientem fraudulenter, die 2. Januarii 1652. Fratricidium Marci Montufar, istu ensis patrum in duello inter eosdem fratres contracto, die 17. Aprilis 1657. de quo plene constabat. Vulnera, & homicidium iude subsequutum in personam Joannis Gonzales militis armatae militiae in rixa illata die 19. Februarii 1655. Apprehensio cum armis prohibitis, & divagatio per Curiam, confugia petendo, & varias rixas provocando, in mensibus Novembris ejusdem anni, & Junii 1656. variis poenis ob haec condemnatus fuit, sed per indultum ab ipsis liberatus. Quae nondum purgata erant, sunt quae sequuntur. Vulnerus illatum Petro Duro in rixa die 5. Decembris 1657. plene probatum. Auxilium, & cooperatio in vulneribus, & necē Lazari de Molina

Molina quem Thomas de los Reyes vulneravit & occidit die 20. Decembris ejusdem anni, auxiliante, & cooperante reo, ut constitit per testem de visu, & relationem vulnecati. Resistentia valida facta satellitibus iudicis Ordinaris urbis, cum vulnere in brachio illato Josepho Gomez Raposo, ex causa scandalosa, nempe, ne causa fulminaretur in quendam Tabernarium ratione falsi ponderis, & mensurae, & ne ministri iustitiae accedere intenterent in ea statione urbis, in qua ipse degebat, commissa die secunda Julii, anni millesimi sexcentissimi quinquagesimi octavi. Resistentia facta die sequenti Joanni Cavallero scribae de numero urbis, cui acta ejusdem causae criminalis de manibus subripuit, armis cum & ceteros Apparitores persequendo. Resistentia facta Joanni Garcia de Ribero Apparitori ceterisque satellitibus, qui urbem lustrabant nocte diei 4. Octobris ejusdem anni, in quos pluribus associantibus irruit armatus, ne dictam urbem stationem lustrarent. Verba injuriosissima prolata in Regios Alguazirios domus, & curiae eos invadendo cum pluribus armatis animo, ut credebatur, aliquos occidendi nocte diei 15. Februarii anni millesimi sexcentissimi quinquagesimi noni, insultus simul cum militibus Pratorianis, Hispanicae custodiae vocamus, animo extrahendi per tumultum à regis Curiae carceribus Philippum Zurdo in eodem mense intenteratus, cum scandalo; & homicidium voluntarium Joannis Gasca patrum his diebus, nam cum ille contendisset cum amico rei, inita iam pace, ipse reus provocavit dicens se pro amico dimittaturum, quo dicto Joannem aggressus cum ense fuit, & vulneratus lethali ter, ita ut paucis diebus transactis decesserit. Quae omnia cumulata malum huius rei animum, perverfam qualitatem, & invecetatum delinquendi consuetudinem, atque seditiosam conditionem cum incorrigibilitate, suadebant.

At, quia ex delictis per sententiam nondum purgatis nullum reperiebatur quod poena ordinaria plecti posset; nam hoc ultimum homicidium non erat perfecte probatum, & ipse reus quaestioni pro eo suppositus, negativus evaserat, dubitatum in Aula fuit, an ex pluralitate delictorum, & incor-

rigibilitate, poena ordinaria imponi posset; & an arbitralis poena imposita resistentibus familiae, extendi posset usque ad acerbissimam ultimi supplicii. Haec enim quaestio à pluribus disputata, variis Doctorum calculis revoluta magis quam expedita reperitur. Ob quod difficillima decisio reddebatur; nam communem opinionem contra communem, ab Auditoribus juris impugnatam, reperimus, ut tradit nosker Hieronym. Cevallos *com. contr. com. q. 304. per tot.*

Affirmativa sententia, nempe quod arbitrium ex circumstantiis extendi possit usque ad poenam capitis, docuit Glossa in §. in summa insit. de injur. quam sequuti fuerunt Bartol. in l. fin. ff. ubi publ. educat. deb. Baldus in cap. 1. §. injuria de pace jurament. firmat. & in leg. 1. Cod. de his qui latron. Decius in leg. qui jurisdictioni, num. 9. ff. de jurisd. omn. judic. Cepola in leg. si fugitivi, num. 46. Cod. de servis fugit. Boer. decis. 254. numer. 3. & decis. 317. numero 3. Barbata *conf. 23. in fin. vol. 2. idem Decius in capite literis, numero 14. de constitut. Maranta de Ordin. Judic. 4. part. divis. I. numero 52. Jacob. Lolion. in l. capitulum, §. famulos, ff. de poen. Menoch. de arbit. quaest. 86. num. 4. Vivius *com. opinion. verbo iudicis arbitrium, num. 2. Crassus in suis comm. opinion. lib. 2. cap. 6. quaest. 1. Boffius in prax. tit. de injur. num. 30. Farin. quaest. 17. num. 34. cum seqq. Caballus cas. 92. ex num. 1. Fachin. lib. 9. contro. c. 45. Peguera *decision 84. n. 3. cum sequentibus. Vincent. de Franch. decis. 504. num. 10. Cavalean. de brach. Reg. part. 4. num. 64. Guazzin. defen. 53. cap. 16. ex n. 1. Ponte de potest. Prorog. rub. de provis. fieri filii. §. 4. num. 16. Joan. Baptist. de Thoro in compend. decis. tom. 1. verbo Tortura de jure, Giurb. *consil. 6. num. 1. cum sequentibus. & consil. 73. numero 5. Ex nostratibus Gregor. Lopez in leg. 21. tit. 9. part. 7. gloss. nult. Paz in l. 63. styl. num. 55. in fin. Anton. Gomez var. lib. 3. cap. 6. numero 8. Bernard. Diaz. regul. 379. num. 147. Azaved. in rub. titul. 20. lib. 8. recopil. ex numero 65. Perez de Lara in compend. vit. hom. cap. 25. num. 65. Cevallos d. q. 304. in princ. P. Molina de insit. & jur. tom. 4. disputat. 40. numero 14. & Aillon ad Gomez. *dict. cap. 6. num. 8. Pro qua sententia expendi solent Text. in leg. sunt quaedam 9. ff. de extraordin. crimin. leg. lex Julia, §. hodie, Digest. ad leg. Jul. repetundar. l. 1. sa*****

U. sacrilegium in princip. ff. ad leg. Jul. Pecul. l. qui cum manu major. §. si tamen quis. ff. de bon. liberr. cum l. 1. & 2. C. de his qui latr. occidit.

4. Negativa vero sententia, nempe arbitrium iudici relictum nunquam extendi posse ad ultimam supplicium, nititur auctoritate Glossi in cap. inquisitionis, verb. accusationis, de accusat. quam sequuti fuere Jason. in dict. leg. qui iurisdictioni, num. 4. ff. de iurisdic. idem tenet Decius ibid. numero 9. Grammat. conf. crimin. 48. num. 2. Joseph. Ludovic. decis. 11. n. 16. Ant. Schapa. de iure non scripto, lib. 5. cap. 193. Tiraquell. de pen. temper. caus. 39. numero 2. Michaël Crassus lib. 2. comm. cap. 6. q. 1. Portol. ad Mol. §. arbitrium n. 7. Afflictiis decis. 276. n. 6. Car. ter. in l. 1. in part. homicid. num. 118. Cod. quorum appellat. non recip. Thefaur. decis. 12. n. 9. Maceratenf. lib. 3. var. resol. 45. num. 15. Boërius decis. 349. num. 10. cum aliis adductis per Giurbam d. conf. 6. n. 2. ex nostratibus Salarçar de usu & consuetud. c. 5. n. 7. Villadiego in polit. c. 5. n. 34. Simancas de cathol. instit. c. 46. n. 8. 1. Ductus Perez in leg. 1. titul. 2. lib. 4. Ordin. gloss. verb. o el que lo hiziere, Alphonf. de Castro de leg. penal. lib. 1. c. 6. Villalpando in leg. 2. tit. 9. part. 7. num. 4. Salcedo ad Bernard. Diaz. cap. 147. litt. D. pro qua expenduntur Text. in leg. 1. ff. de furibus balnear. & in l. 1. §. expilatores, ff. de effraçtor.

5. In hoc conflictu opinionum Fachineus, ubi proxime, dixit nullam controversiam repetiri; nam prima opinio procedit in criminibus gravioribus; secunda vero in delictis levibus, ut probatur ex iuribus ab unaquaque parte expensis. Farinacius relictis Doctoribus opinionis negativæ docuit, ab affirmativa non esse recedendum, cum declarationibus ab ipso traditis, Sed pro his concordandis placet potius declarationes adducta per Marium Giurba. d. conf. 6. n. 11. & d. conf. 73. numero 18. quatenus docet, quod Princeps cum sit viva lex, arbitrium nequaquam habet regulatum legibus scriptis, ob quod si criminem expostulet, poterit pœnam extendere usque ad capitalem, quod probatur d. conf. 6. n. 12. ex auctoritate Matth. de Afflictiis de regalib. n. 65. August. ab Angel. tract. de malefic. gloss. caput à spualibus, numero 46. Boss. titul. de pœnis, n. 9. & tit. de Princip. num. 82. Marant. disp. 3. num. 12. & 13. Farin. dict. quest. 17. n. 60.

Ponte de potest. Proveg. ubi proxime, §. 2. in. 14. Sola ad decret. Sabaud. tit. de fals. gloss. in. n. 2.

7. Quod pariter procedit in supremis iudiciis nomine Principis iudicantibus, quibus datum est arbitrium mortis pœnam imponere posse, docuerunt Menoch. de arbitr. dist. q. 86. num. 30. & cas. 295. numero 9. Redin. de majest. Princip. gloss. sed etiam per legitimos iramites, numero 32. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quest. 24. numero 274. Guazzini. d. defens. 33. c. 16. num. 2. cum licitum eis sit ex causa leges transgredi, ut cum his & aliis probat Giurba. d. conf. 6. n. 13. Secus vero in magistratu ordinario, & inferiore, quem usque ad mortem arbitrium extendere non posse docent Farinacius d. quest. 17. n. 38. Riminaldi Junior. conf. 327. num. 24. Guazzini. d. cap. 16. numero 2. Burgi. d. n. 274. Quia inferior in pœnis arbitrariis dispositionem iuris omni adhibito moderamine sequi debet, Bald. in leg. quicumque num. 21. Cod. de servis fugit. Bim. consil. 273. numero 42. Simancas de cathol. institut. capite 34. numero 12. Dominus Valenzuela conf. 91. num. 52. Giurb. d. conf. 6. n. 14. Nisi delictum ita atrox sit, ut morte dignum videatur; nam tunc consulto Principe poterit pœnam mortis imponere, ut est de mente omnium Doctorum. Quod requisitum atrocitatis, quo ad omnes requiritur, ut cum Fachineo dicebamus, & pluribus tradunt Farin. dict. quest. 17. n. 35. & Giurba. d. conf. 6. num. 15.

10. Quibus positis dubitabile non videbatur arbitrium extendi posse quoad hunc reum usque ad pœnam mortis, quia de suprema iurisdictione Aule in criminalibus dubitari non potest per ea quæ late dixi controversia per tot. præcipue numero 62. Multo minus dubitari poterat crimina probata in hunc reum esse ex illis in quibus leges nostre, arbitrium committunt iudicibus extendendi pœnam, prout qualitates facti expostulant, nam quinque aut sex resistentiæ comprobate in actis repetiebantur & per legem 4. titulo 22. lib. 8. recopilat. arbitrium extendendi pœnam relictum est, ut in Text. ibi: que las dichas nuestras justicias pœdan por el dicho delicto poner mayor pena conforme a la calidad del hecho, & de las personas. Idem probatur in leg. final. eodem titulo, ibi: salvo si la resistencia fuere tan califi

calificada que para el exemplo de la Justicia se deva, y convenga hazer maior, castigo: si que licet pœna ordinaria in quocumque ex casibus dictarum legum assignata sit, facultas ampliandi & extendendi pœnam expressa in unaquaque lege reperitur. Atrocitas requisita comprobatur ex qualitate resistentiæ, nam prima, non fuit facta ut ipse evaderet manus satellitum, quod licet sit prohibitum, habet annexam rationem proprii tutaminis, sed dolose, & voluntariè, ut administratio Iustitiæ impeditur, nempe ne causa criminalis falsi ponderis, & mensura fieret in tabernarium, quod perniciosi exempli res erat: & in ea graviter Actuarius vulneratus remansit; quæ qualitas aggravat crimen; secunda resistentia facta, pariter fuit dolose & voluntariè, acta judicialia ab Actuario surripiendo, cumque cum armis acriter persequendo, eis seditiosis verbis superadditis, ne aliquis ministrorum ausus fuisset ingredi in ea urbis statione. Tertia resistentia idem, propositum retinendo ne illa urbis statio lustraretur, vulgariter dicimus, se rondasse aquel barrio, præmeditatè & coadunatus cum pluribus armatis patrata fuit. Quarta vero, Regiæ Curia Alguazellos verbis contumeliosis provocando, & manu armata pariter persequendo. Quinta vero, nam in idem tendebat, tumultus animo extrahendi è regni carceribus Philippum Zurdo, cum Prætorianis scandalosè coadunatus, & sic sapius atrociter delinquendo in eodem genere mali exemplo opus erat ut tranquillo Reipublicæ statui consuleretur. Neque dici poterat arbitrium concessum per dictas leges, non loqui de pœna capitali. Nam per dict. leg. in. imposita pœna ignominiosa & tritremium per octo annos reperitur, quæ quidem mors civilis est: quare extensio non potest verificari, nisi mors naturalis inferatur, ut notum remanet.

13. Hæc de iure procedere videbantur, ratione arbitrii concessi per has Regni leges, sed ex multiplicitate, atque repetitione criminum: pariter pœna aggravari debebat, ad cuius rei probationem expendo Text. in lege ant facta. §. fin. ff. de pen. quo Consultus docet ex pluralitate criminum pœnas exacerbandas esse, ibi: Nonnunquam evenit, D.D. Laur. Matthæu, de Re Crim. Pars 1.

ut aliquorum malefactorum supplicia exacerbentur, quoties nimium multis personis grassantibus exemplo opus sit. Si enim ex pluribus grassantibus unus accensibilis poniendus venit, ut Consultus ait, & omnes Interpretes fatentur: Quid dicendum erit, quando ipse reus de quo agitur, toties grassatus fuit in urbe; si cædes inspicias quinque ab eo patratas repetitis, inter quas horridum fratricidium crimen annumeratur. Si vulnera illata totidem, si resistentias sic similiter, ob quod negari non poterat, exemplo jam opus esse, ut ait Consultus.

14. Secundo expendo celeberrimum ad rem Callistrati responsum, in leg. capitulium 28. solent. 3. ff. eodem, ibi: nonnunquam capite plectendis; scilicet cum sapius seditiosè, & turbulenter se gesserint, & aliquoties deprehensi tractati clementiis in eadem temeritate propositi perseveraverint. Loquitur hic Consultus, non de seditiosis formaliter in Principem, aut statum publicum conspirantibus, de quibus cavet Imperator, in lege 1. & 10. titul. Cod. de seditios. ut explicant Farin. questione 113. ex num. 175. Novarius, collect. de abolition. num. 65. & ex nostratibus Azevedo, in lege 1. titul. 15. numero 22. & 39. lib. 8. recopil. Sed de quibusdam adolescentibus turbulenti, qui civitatem perturbant. Quod in isto reo verificabatur, tot homicidia patrando, jurisdictionales actus ex proposito pluries impediendo, hostilitatem in ministros Iustitiæ reiterando; & eos capite plectendos docet, si tractati clementiis in eadem temeritate perseveraverint. Nonne hic jam clementiis tractatus fuit, cum in custodes regionum iurium irruisset, cum fratrem nequiter interemisset, cum & exterorum criminum purgatorum indulgum consequutus fuisset? Certè equidem: & nihilominus in eadem temeritate persistens, graviora crimina multipliciter patravit: & sic jam non erat amplius spectanda correctio, sed vindictæ publicæ consulendo, ut aliis cederet in exemplum pœna extendenda erat, & ipse morti tradendus. Hæc eadem dispositio traditur ab eodem Consulto, in d. capitulium, §. grassatores 10. ibi: Capite puniuntur, utique si sapius ac in iuribus hoc admisserint: ceteri in metallum dantur.

De militibus desertoribus idem cautum reperitur, in leg. 3. §. si plures 9. ff. de re milit. ibi: qui si iterato hoc admiserint pena competentis adficiuntur. In libertis patronos provocantes, hoc ipsum admisisum est, Text. in leg. 3. ff. d. jur. patrona. ibid: si rursum causam querela praeberit, & dimitti oportet. Et in eos qui vim inferunt, Text. in lege servos 8. §. 2. Cod. de rei publ. & privat. ibi: & hi qui bis, aut saepius violentiam pertrasse convincentur. Neque veniam aut indultum consequitur, qui saepius crimen aliquod commisisse constiterit. Text. in lege 3. vers. his ergo, Cod. de Episcopal. Aud. ibi: ut remissionem veniae crimina nisi semel commissa non habeant, de iure nostro, Text. in leg. 1. & 2. ubi Didacus Perez, tit. 11. lib. 1. Ordin. Azevedo, in lege 2. tit. 25. lib. 8. recopilat. numero 13. Anton. Gomez, variar. lib. 3. cap. 3. numero 60. ubi Ayllon neque leviter punitur qui saepius servum fugitivum receperit, aut occultaverit, l. 1. vers. 1. Cod. de servis fugit. ibi: si vero secundo, vel tertio eum susceperit: prater ipsum duos, vel tres alios, vel praedictam formationem pro unoquoque servo domino representent. Super exactores, subditos per rapinas vexantes, capite plectuntur si saepius ea patravertint, lege unic. Cod. de super exacti lib. 10. ibi: capitali periculo cupiditas ejus amovenda atque prohibenda est, si in eisdem sceleribus perseveret: ita patiter aliis iuribus in diversis criminibus statum reperitur. Ut leg. omnes, Cod. d. delator. eodem lib. 10. leg. 1. Cod. de primicer. lib. 12. leg. 3. C. de domest. eodem lib. 12. leg. fin. Cod. de comest. eodem lib. 12. De jure Canonico sic patiter cautum reperitur, in cap. ita nos 25. questione 2. ibi: ita nos scillacianorum caedes geminata Pontificum horridi criminis atrocitate confundit, ut diu constituto nostra deliberationis habitares. Et in cap. pervenit 27. questione 1. ibi: Rursusque eam mulierem vir ille nequissimus iniqua suasionem de Monasterio eiciens apud se retineat impudice. Et de jure nostro Hispano, Text. in leg. 6. titulo 5. lib. 4. for. leg. ibi: y si furtare otra vez, miera por ello: & lege 2. titulo 13. eodem lib. 4. ibi: O si fizieren despues otro furto, ayen la pena que es escrita: Text. in lege 6. tit. 28. parte secunda: ibi: Mas si la segunda vez, lo fiziesen dorgue lo tomarian por uso.

Et ibi: E esto por la primera vez, mas si lo fiziesse la segunda, que lo matassen de hambre, Text. in lege 2. titulo 11. libro 1. Ordin. & in lege 7. tit. 11. lib. 8. recopil. In quibus & in aliis pluribus crimina reiterata acriter, & acerbius plectuntur.

Per quae iura hanc conclusionem sequuntur Gloss. in dict. leg. quicumque, Cod. de servis fugit. Speculator. in titulo de contumacia, §. 4. vers. planè Judex. Innocentius in cap. novum, de iudic. pluribus Farinac. questione 21. & 23. numero 1. & 3. qui testatur sic communiter à Doctoribus receptam, ut nullum discententem viderit, & questione 167. ex numero 48. Grivel. decis. Dolan. 94. per totum. Novar. ad pragmat. 1. de fure. collect. 3. numero 2. & 3. Caball. cas. 19. numero 2. & cas. 99. numero 48. Andreol. controvers. 47. numero 24. Anton. Mattheus lib. 47. ff. tit. 1. cap. 3. numero 10. Thoro. vot. 21. numero 104. cum segg. qui pluribus probat, ex reiteratione crimina leviora fieri capitalia, apud quos plures. Ex nostratibus Covarruv. lib. 2. variar. cap. 9. Gomez, dict. lib. 3. cap. 3. numero 60. & cap. 5. numero 6. Et utrobique Ayllon. Gregor. Lopez, in leg. 18. tit. 14. parte 3. Gloss. post med. Montalvus, in d. leg. 6. tit. 5. lib. 4. for. leg. verbo furtare: Otra vez, Cantera rub. de furtis, cap. 8. numero 10. Azevedo in d. l. 7. tit. 11. lib. 8. recopil. numero 105. Plaça, in epit. delictor. cap. 1. numero 20. Vela, de pen. delict. cap. 12. numero 27. Padilla, de l. penal. 1. parte c. 28. numero 4. Quelada, cap. 19. numero 1. de quo aliqua praelibavi, controvers. 5. numero 20. in fin. & 2. tom. de regim. cap. 8. §. 8. numero 18. & 25.

Nec te moveat si dicatur, quod haec procedere videntur in crimine furti, non verò in aliis. Nam licet verum sit frequentius ex generali consuetudine in eo crimine praticari, non inde sequitur quod in aliis criminibus exclusa dispositio videatur, cum & plura ex his iuribus in ceteris criminibus disponent, & Doctores de aliis loquantur, & quod magis est, praxis communis testetur; nam crimina repetita acriter puniunt de facto poena condigna juxta illorum qualitates, ut in concubinato, lenocinio, falsi ponderis, excessus pretii & ceteris reiterabilibus.

His accedunt quae de clerico, vel religioso enormibus se immiscente tradunt

dunt Doctores, nam si crimina reiterando, bis aut ter, incorrigibilis fiat, juxta Text. in cum non ab homine de iudic. ubi communiter Doctores, privilegium fori amittit, & iudicibus secularibus subicitur, Felin. in eo Text. num. 9. Follet. in prax. crim. verb. audiantur accusatores, num. 40. Capicius, decis. 12. num. 6. Bernard. Diaz, in pract. cap. 139. Clarus, quasi. 36. num. 29. Grassis de effectibus clericatus effect. 1. num. 809. Martin. del Rio, disquisit. magicar. lib. 5. sect. 16. num. 7. vers. si queras. Quo in puncto notandum venit, quod docet Marius Culel. tract. de immunit. lib. 2. questione 23. numero 11. Nempe quod ad hoc, ut clericus vel religiosus incorrigibilis fiat, sufficit quod in delictis per annum perseveret; & ut ex Claro & Papon. probat Salcedus, in pract. Bernar. dict. cap. 139. in add. lit. A, ad fin. bina remissio sufficit, quanto magis reus noster qui per octo annos in criminibus, & enormitatibus perseveravit, & ab eo dici non poterat deficere requisitum correctionis, quod necessarium ponunt relati per Grassis, ubi proxime, quibus addendus Montanus, de regalib. tit. de officiis, numer. 54. ver. & adverte, qui haec colligunt ex dispositione Textus in d. l. capitalium, §. solent, ibi quod si ita correcti. Nam de correctione ipsius resultabat per causas quarum crimina purgata per sententiam, & indultum reperiebantur: ac per consequens de incorrigibilitate ipsius plenè constitit.

Conducunt pariter ea quae de relapsis in crimine haeresis tradunt Doctores, in cap. ad abolendam, §. qui verò, & §. illos quoque de haeretic. quorum plures adducit Carena, de off. sanct. Inquis. p. 2. tit. 2. §. 5. ex num. 26. & §. 6. ex num. 3. quod docent, quod licet talis sit lenitudo sacrae Romanae Ecclesiae, ut numquam soleat gremium claudere recedentibus, si quis crimen hoc reitaverit ita acriter punitur in foro fori, ut licet poeniteat iudici seculari relaxatur omnino, ad comburendum, quo demonstratur efficaciam repetitionis criminis in praxi admittit ad poenam exacerbendam juxta qualitatem facinoris. Ex quibus omnibus concludatur ad mortem condemnari debere.

Ad istius rei favorem perpendebatur, id quod tradit Farinac. dict. questione 23. num. 7. nempe quod licet in puncto D. Laur. Mattheu, de Re Crim. Pars I.

cto juris verissimum sit poenam extendi posse usque ad mortem inclusivè, tamen in praxi nunquam receptam petiri, ut testantur Clarus, Grammat. & Carrer. ab eo relati, ob quod securius esse proficeret ut mitius puniatur. Decisionem hujus causae tradere non possum; nam ex novem iudicibus tres sententiae aequali suffragiorum numero resultarunt; & cum necessarium fuisset Principem consulere, certa de causa consultatione pendente reus in carceris visitatione sabbatina, ad tiremes duci per decennium iussus fuit à Dominis de consilio; & ita executioni deductum, & in eis decessisse affirmatur.



CONTROVERSIA XXV.

De Tortura adhibenda in criminibus gravioribus per summariam inquisitionis, nulla data copia iudiciorum.

SUMMARIUM.

- 1 Dicendi occasio desumitur.
 - 2 Negativa sententia, non adhibendi torturam ex summaria informatione regulariter certa est.
 - 3 Doctores hanc sententiam firmantes, ultra traditos per Gabrielem la-reja.
 - 4 Comprobatio iudiciorum supponitur, ut dubium hoc emergat.
 - 5 Differentia qua versatur inter extrajudicalem cognitionem summariam inquisitionis, & iudicium plenarium.
 - 6 Summariam informatio edenda est reo, tanquam pars processus, sed hoc procedit suis casu, & loco nempe post processum publicationem.
 - 7 Cognitio extraordinaria summaria inquisitionis, non est capax publicationis processus, neque testium repetitionis.
- Inquirere crimina quid? ibid.
- 8 Tortura saepius opus est, ad preparationem iudicii.
 - 9 Tortura interlocutio, assumit naturam iudicii cui adhibetur.
 - 10 Iudicia singula certis limitibus circumscripta reperiuntur.